Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammlung von Briefen aus dem 16. bis 18. Jahrhundert - K 625

Achenbach, Casimir

[16. Jahrh. - 18. Jahrh.]

Vitringa, C(ampegius) an Mieg in Heidelberg, d.d. Franckerae 1706 6 Kal. Mai

urn:nbn:de:bsz:31-82109

Visual Library

Vir pl. Reverende, Celeberrime,
Frater et Symmysta in Christo plurimum honorande!

Literas, quas ad Te ante hoc octiduum dedi gravis argumenti, quin acceperis, nullus dubito. Explicavunt illae Tibi Illustrissimum Patriae atque Academiae nostrae Procerum egregiam in Almam hanc voluntatem et studium, quam cum quam ornatissimam reddere cupiant, Tuam per me explorant sententiam, an si honorifice vocatus fueris iis quas descripsi conditionibus ad Cathedram Theologicam, in animum adducere possis, ut labores operasque tuas huc transferas et Patriae nostrae addicas. Ubi autem postea in eorum, quae consignaveram, redii memoriam; poenitebat, clarius non expressisse, per emolumenta Academica, omnibus Professoribus communia, Annuo Tibi dependendo mille et sexcentorum florenorum, adjicienda, intelligi me velle centum et quinquaginta florenos, quos singuli quotannis vice Immunitatum Publicarum accipiunt. Caetera quae his accedunt non contemnenda ex Promotionibus doctorum, et Nummis Rectoralibus, aequis portionibus inter Collegas dividendis, non referebam [?]. Annuum vero bis quotannis, aequalis partibus, ad singulorum aedes absque ullo sumptu nostro per Academiae Quaestorem curatur; in quo persolvendo difficillimis hisce temporibus rara diligentia est. Tu, Vir Celeberrimi-

me, fac quaeso, quanto ocyus generoso huic Procerum nostrorum, verius meritorum tuorum Aestimatorum, in Te affectui pro ipsorum et nostro voto respondeas, tuisque literis laeta mihi et optata nuncies. Dominus Jesus per Spiritum sanctum consilia tua moderetur, et in nostrum vertat commodum. Vale, Vir Eruditissime, et me amare pergas.

Tui Eruditissimi

C. Vitringa

Franekerae CIↄIↄCCVI.
A.D. VI Kal. Maji.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Monsieur [illegible] en Heidelberg

Monsieur Mieghini,
Professeur tres-celebre en
la Theologie et histoire
dans l'Academie illustre

Fr. Buelen à Heidelberg

G.B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE